



bd



1. Wolff J. Christ. gottl. Frid. / diff. de
Chiun et Remphan Lipsie 1741.
2. ——— diff. de divorcio Judaeorum
Lipsie 1739.
3. Wolff J. Christoph. / diff. de eo quod subli-
me est in his Moysi verbis: Genetoo
phoxp. Lipsie 1735.
4. Wucherer J. Johs. Frid. / provocata theo-
logia dogmatica iend 1739.
5. Zeibich J. Car. Henr. / de Christo vero deo
Wittemb. 1741.
6. ——— diff. qua voces Zalmoth et seu Ma,
exam^{natur}antur, Wittemb. 1739.
7. Zeibich / Christoph. Henr. /
de resurrectione pauli justificatorum.
Wittemb. 1738.
8. ——— diff. de divinito predicto et exaltis-
simo miraculo obscurati solis, in emortua-
tione unigeniti diei, ut insigni demonstra-
tione argumentis, ipsum crucifixum
fuisse verum Messiam, Wittemb. 1741.



9. Leibniz / Christoph. Henr. diff. Inchoa Christiani
 fontas Wittenb. 1740.
10. — diff. de vera anime anapepsi.
11. — Sub ex Evangelio. Wittenb. 1741.
12. — diff. de Gentilium anapolitici, futura
 ora praenuntia Wittenb. 1739.
13. — diff. de usu formulae qua interrogamus
 infantes ante Sacram Cotionem de fide, Wittenb.
 1734.
14. — diff. de usu ¹⁷³³ tenend frequentiori,
 Wittenb. 1733.
15. — diff. Ecclesiae Ministrum, a patrono
 solo minime ab officio removendum Wittenb.
 1739.
16. — diff. de signo Crucis in templis nostris
 non eliminando Wittenb. 1735.
17. — diff. qua Ludovici de Dieu aphorism.
 mor theologicos refutat, Wittenb. 1738.
18. — diff. de admirando justitiae ac
 bonitatis Divinae temperamento, Wittenb.
 1739.
19. — diff. de dignitate ad vitam alteram,
 nam, Wittenb. 1739.
20. — Zeltner / Guat. Georgij diff. de justifica,
 tione particulari. Altorfi 1718.
21. — diff. de theologo suspicioso, Altorfi 1734.
22. — diff. de subiectione Jesu C. gloriosa, Altorfi 1711.
23. — diff. exponens Evangelium tetragram,
 maton e N. T. exulans, Altorfi 1712.

23. Zeltner s. Just. Georgij's Diss. de Scriptura
Sacra Divina sua luce radiant. Altorfi
1722.
24. — Diss. qua premium Jebusiorum Castri
expugnati afferitur, Altorfi 1729.
25. — Diss. de absoluto decreto Evangelico,
Altorfi 1725.
26. — Diss. qua Dign. theologorum, Altorfi
1730.
27. — Diss. qua Ecclesiam Evangelicam
non esse scitam ostenditur, Altorfi 1711.
28. — Diss. qua humilitas gloriosa Jesu
Christi Judaeis generalis ostenditur Alti 1720.
29. — Diss. mensio in Baptismo Aposto-
lica ut sit Carga persequione inspuranda
Altorfi 1720.
30. — Diss. de munimento Capitis Soc,
minci contra Angelos, Altorfi 1715.
31. — Diss. de Gad et Moni hodierno,
rum Judaeorum Dign, Altorfi 1715.
32. Ziegler s. Christ. Sam's Diss. de serpenti
Cur ignitis ex Num. Cap. XXI. jona
1722.
33. Zulich s. Fridem. Andros Diss. De Immanuele
venturo, Virginis filio, jona 1740.

~~V. B. V.~~

Q. B. V.

XΩΡΙΣΜΟΝ
 PAVLI
 IVSTIFICATORIVM,

TERTIVM, VLTIMVMQVE,

PRAESIDE

DN. CHRISTOPHORO HENRICO
 ZEIBICHIO,

S. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. AD OO. SS.
 PRAEPOSITO ET CONSIST. ECCLES.
 ASSESSORE,

DOMINO SVO AC PATRONO
 PIE VENERANDO,

IN AVDITORIO MAIORI,

D. OCT. A. c15 15 CCXXXVIII.

DISSERTATIONE HAC THEOLOGICA,
 ASSERET IVXTA, ET VINDICABIT,

M. IOAN. THEODORVS VVIRSICHIVS,
 PASTOR SVBST. MOERCENSIS,

VITEMBERGAE,

LITTERIS SCHEFFLERIANIS.

1632
KOPFZEICHEN
PAVIA
IVSTITVTORIVM

DR. CHRISTOPHO HENRICO
LIBRARIO

M. JOAN. THOROWS VVIRSCHELVS

PASTOR VVIRSCHELVS



I. N. I.
DE

Χ Ω Ρ Ι Σ Μ Ω Ι
PAVLÌ IVSTIFICATORIO,
CAPVT III.
Α Ν Α Σ Κ Ε Τ Α Σ Τ Ι Κ Ο Ν .



oc denique in argumento, haecenus euoluto, eoque nec *CAP. III.*
male opportuno, nec ignobili, restat, ut, quae circa *Dubia pa-*
illud potiora mouentur, dubia, pari adhuc industria at- *tiora re-*
tingam, omneque adeo negotium his absoluantur. *stant.*

I.

Quod itaque obuerrere, eoque, male intelligentibus, rem omnem *Dubium I.*
reddere difficiliorem solent,

PRIMO,

hoc est: Ex haecenus disputatis, sequi, per fidem *mortuam*, quam *Fides sic*
opus Diaboli plane nonnulli uocant (Dn. FREYLINGSHAVSE- *mortua iu-*
NIVS, *Falsch. Theol. p. 181.*) hominem iustificari, Dn. D. LANGH *stificabit?*
Ami - Barb. P. I. p. 503. SCHAEFFERI *Leb. Glaub. p. 68. 70.* At
Resp. 1) De fide, ex operatione et praxi, sequente, coram homini- *Responsio.*
bus, *uiua*, uel *mortua*, in actu iustificationis, ne quidem quaerendum
est; ea namque dissentientium *uita* ad sequentem demum *Renoua-*
tionem spectat. Fides, ante iustificationis *actum*, *uiua* non fuit;
E, nec *mortua*, ob uitae amissionem. *Vita* carentia, u. g. Sol, lapis,
infans, post seculum nasciturus &c. dici *mortua* non possunt. 2)
Vita fidei *interna*, confunditur cum *externa*. *Illam*, ex apprehenso
Christo; Rom. VIII, 2. Col. II, 13. Eph. II, 5. non uero statim et *haec*
adest; uti embryo, itemque animi deliquium patiens etc. *ad huc ui-*
uunt, licet, *motibus externis*, *uita* isthaec se nondum *prodar*. Caueat
hic diligenter B. RAPPOLTVS, ne, uti scribit, *observatio mandato-*
rum in articulum de Iustificatione temere, ut causa, uel Forma, intru-
datur;

Δ 2

atur; imo, postea in his, plane noster est: *Ratione ESSENTIAE spectata fides, Viua EST, per meritum Christi apprehensionem. NON per OO. PRAESENTIAM: ut mortua contra, per absentiam FIDUCIAE in gratiam Dei et meritum Christi, NON per absentiam B. Operum etc.* OO. Theol. p. 1996. 3) Male sequitur: *Fides nuda ostentatio est, secundum Iacobum, fides mortua: E. etiam fides, in Actu iustificationis, sine OO. praesentia, est fides mortua. Male ageretur cum Causis, si, non sequentibus Effectibus, pro mortuis haberi uellent. Verbum ipsum, non sequente hominum conversione; Mose et Aaron, durante Pharaonis induratione; Doctores, inter discipulos, disciplinae Olores; Coniux, non pariens; Arbor, sine fructibus, quum tempus nondum est, reperta; Haec, inquam, omnia numne uocabis mortua? 4) Fides itaque a) uires uiuendi habet, in Regeneratione, b) uitam internam deinceps, in Iustificatione c) uitam denique et externam, in Renouatione, Vid. RAPPOLTI OO. Theol. p. 2001. SONTAGII Ergodioct. II. § 7. p. 18. NEVMANNI Aphor. de Iustific. Aphor. LXXXII. seqq. p. 578. seqq. SCHELGVIGII Vindic. Artic. de Iustific. Qu. IX. p. 138. seq. Qu. XV. p. 194. IANI Responson. p. 10. seqq. p. 72. seq. BECKESII anshoeffige Punkte in Stadtsch. Catechism. 1724. ad Qu. 150.*

II.

Dubium II. Plura sunt, quae obuertunt, in hoc nostro capite, dissentientes, quandoquidem,

SECUNDO,

Preces poenitentiales fidem antecedunt. *Preces in primis poenitentiales, cum ipsa poenitentia, iustificationem antecedentes, urgere solent; quemadmodum et Publicanus primum orasset, postea uero demum, iustificatus, domum abiisset.* Luc. XIIX, 13. 14. Sed Resp. 1) *Regenerati*, pro modulo scientiae, ex gratia praeueniente, uocante, illuminante, operante etc. *suspiramus*, instar infantulorum, recens natorum, *uociferamur*, non distincte loquimur, gratiam, magis illuminantem, anhelantes; *Plene uero et καὶ θεῶν*, Rom. VIII, 26. adueniente demum, ex gratia perficiente, parte fidei tertia, *oramus*. Sine hac namque fide, preces Deo placentes non sunt, Rom. XIV, 23 Ebr. XI, 31. Ioh. IX, 31. 2) *Publicanus*, ex fide, antea iam tum concepta, in *ἰλαστικῶν* confusus erat, et, post *Actum*, in *Statu* iusti-

iustificatorum, ostensis, erga criminatorem, Phariseum, quem, sine uindicta fert, fidei fructibus, domum redit, *Luc. l. c.* 3) *Clamant* itaque in contritione, ante fidem, *poenitentes, lamentantur, dolent; gemunt*, secundum Chemnitium; *έρεξω, famem, sitimque*, iuxta *Danbauerum*, operante omnia, ante fidem, Deo, testantur; *Ier. III, 4. 5. Pl. CXLIII, 2. seqq. LI, 3. seqq. Dan. IX, 18. Matth. XXVII, 4. Luc. XV, 21. imo, et Pl. XLII, 2. 3. LXIII, 2. Matth. V, 6. Iob VII, 37.* Aquam, cum Dauide, maxime *requirunt*; asportari uero posse, adhuc *ambigunt*; 2. *Sam. XXIII, 15. 17.* Cum *Mose*, latices ex petra *fitiunt*, alii nondum *expectant*, nec, Deo placencia, loquuntur, aut agunt, *Num. XX, 8. II. 12.* Cum *Samsone*, fitibundi *quiritantur*; alii fontem nondum conspiciunt, ut inde *hauriant*, *Iud. XV, 18. 19.* 4) Nihil pro *operosa et practica fide* in iustificationis actu, probabunt itaque, qui, ante fidem, in *contritione poenitentiali, ad actus*, non hominis, sed *Dei* in homine, hac ratione prouocant, uti de *Motibus* nuper, *Dissertat. II.* res nobis fusius exposita fuit. Quousque hoc manet, Deum, et *uires poenitendi* dare; at uero et eundem has uires, nullibi *actiue* concurrente homine, deducere in actum; eo usque Theologi non pugnant, quum dicunt nonnulli, cum *OSIANDRO*: *Homo nullo modo est causa procreans, uel eliciens poenitentiam* (uti scilicet, ex uiribus datuis, in renouatione, elicit B.O.) *sed TANTVM subiectum PATIENS*; alii uero, cum *KOENIGIO*: *Subiectum QVOD poenitentiae est homo, uiribus supernaturalibus ad poenitentiam* (nempe etiam a Deo, ut homo se adhuc obediencialiter habeat) *elicendam sufficientibus, per conuersionis gratiam, instructus*; Quod B. FECHTIVS bene obseruat, saltem, quod *KOENIGIVS uirium* uocabulo *improprie*, pro capacitate admittendi actus diuinos, uteretur, *Sylog. Disp. XXIX. p. 343. 345. seq.* Quocum *QVENSTEDIVS* quoque, *Koenigium* explicaturus, consenrit, dum hominem, poenitentiam agentem, *tantum pro subiecto patiente, ac denominationis saltem, quia non Deus, sed homo poeniteret, habet, Syst. L. de Poenit. Th. VI. p. 580. b.*

III.

Finis nondum dubitandi est, quin potius,

Dubium
III.

A 3

TER.

TERTIO,

Fides dicitur obedientia.

urgere alii solent et hoc, quod tamen, uel ipsis in sacris litteris, fides dicatur *obedientia*, quod loca doceant, Rom. I, 5. X, 16. XVI, 26. 2. Cor. V, 20. 1. Petr. I, 22. id quod SOCINVS, SCHMALZIVS, OSTORODVS, ARMINIANI, non tantum diligenter captant; sed et, qui nostri esse debebant, pro fidei, in Actu iustificationis *actiuitate*, sua pro hypothesi, crebrius afferre solent. Pertinet huc, ut paucos saltem attingam, ARNOLDVS, in *der Verklaerung Iesu in der Seele*, p. 47. seq. DEMOCRITVS, in *Papism. Protest.* p. 239. seqq. 282. it. in *Oel u. W. Cap. III. it. in Glaub. Bekantniß.* Art. IV. FRIEDLIBIVS, in *Indiffer. Relig.* p. 8. BERNH. MEYER, qui, *latiori sensu*, putat, *fidem melius dici amorem*; Erklar. *des Christl. Reform. Catechism.* p. 133. De sensu hoc *latiori*, uid. *Dissert. de Χωρισμῶ II. §. VI. p. n. seq.* At uero ad haec Resp. 1) Si fides *obedientia* esset, operibus, quod tamen hic per omnia fieri debet, poni non posset, Rom. III, 20. 27. 28. IV, 3. 2) *Obedientia* est opus legis, E. excluditur in Iustificatione; Fides uero omnino admittitur, Rom. III, 28. 3) *Obedientia operatur*; E. hic exulat, Rom. IV, 5. 4) Male confunditur *Obedientia Euangelica* et *Legalis*: de illa loquuntur, cum Scriptura, quandoque nostrates, docentes uero simul, *actiue* hic nihil, sed *passiue* potius fieri omnia, uti in dissertatione antecedenti, deduximus; Haec uero, *legalis*, prorsus excluditur, Rom. III, 20. IV, 5. XI, 6. 5) Dicta, supra adducta, loquuntur de *partitione* saltem et *admissione*, in *Vocatione*, fidei *Christianae*, in genere; de *non-repugnantia*, Iustificationem *antecedente*: non uero de fide *iustificata*, in specie, eiusque *actu*. Vid. SCHERZERI, *Breuiar. Hulfem. cap. XI. Tb. IIX. p. 655. seq. 659.* NOV-ANTIQU, 1704. p. 141. 468. B. BLUMBERG, *Anti-Sincer.* p. 121. seq.

Responsio.

IV.

Dubium III.

Pergunt dissentiendo, quibus operosa, in momento iustificationis, fides nimium placet,

QUARTO.

QVARTO,

activa tamen fidem et iustificationis actum praecedere intellectualia, iudicium intellectus, Christum pro me esse mortuum, sequente acquiescentia uoluntatis, desiderantis antea remissionem peccatorum, nunc uero de ea laetantis, *Activa fidei dem antecedunt intellectualia.* *Responso.*

KOENIG. *Theol. Posit.* §. 899. Resp. 1) Omnia haec antecedentia, non hominis sunt, sed Dei. 2) non opera et Deo placentia Practica; Sed motus sunt, de quibus in *Dissert. II da, p. 8. seqq. p. 13. seqq. p. 36. seqq. p. 40. seqq.* actum est. 3) Koenigii apprehensio practica pari modo explicanda est, nec, qui in ea commentatus est, *QVENS TEDIVS, c. 8. de Fid. iustif. Sect. I. §. X. p. 284.* nec alii, diuersi quippiam admiserunt. 4) *Intellectualia* haec Koenigio et aliis potius ad *Theoretica* referuntur, l. c. Quomodo fidem ergo, in actu, facerent practica? 5) Haec, si aliquid ualere, practica fides foret, non saltem in actu et momento; Sed multo citius adhuc *ante* actum et momentum, ubi scilicet *intellectualia* perinde prorsus non ab sunt. 6) Suppar fere, sed nec maioris, ponderis argumentum est, quum aiunt; Anima semper agit, ut Spiritus, et nunquam, nisi in ecclesiis, *exaltificatur*; Quasi scilicet, ab actibus *naturalibus*, statim concludere fas sit ad *spirituales*; quodammodo *organicas*, ad *gratiosas*. Extra Ecclesiam quoque, in *infidelibus*, practica sic fides foret; horum namque et anima naturaliter semper *actuosa* est. Displacencia Deo sic operatur subinde anima, nisi, in momento iustificationis, prius coeperit, esse in Christo. Non est, quod hic excipiant: Actus fidei non sunt *subiectiue* actus Dei, in intellectu et mente credentis, si uel dicatur, *opus Dei esse, quod credamus*, Ioh. VI, 28. seq. Resp. 1) Non sit Dei opus *subiectiue*; est tamen *efficienter et operatiue*, uti et opus primae *illuminationis, regenerationis et conuersionis* Dei opera, non *subiectiue* sunt, ex quo tamen non sequitur, in iis hominem ideo se habere *actiue*. 2) locus Iohanneus plane noster est; Deus namque, dum operatur fidem, et homo non agit; nec ipsa fides, in primo suae existentiae momento, *actiua* erit et *operosa*. Credere itaque, *effectus* Dei, in mente hominis, mere se *passiue* habentis, est, nisi dicere fortasse uelis, *dormientem* (uoce, Grammaticae *actiua*) Adamum, in creatione Euae, habuisse se *actiue*; *τοίνυα* certe Dei fumus *νε. Σειντες* (hic nihil actiui est) *ad bona opera, VT* postea in *is ambulamus*, Eph. II, 10. In ipsa adhuc *poenitentia, homo est TANTVM subiectum PATI.*

PATIENS, et subiectum DENOMINATIONIS, HVLSE-
MANNVS inquit, Breuiar. extens. cap. IX. §. 6. p. 597. 3) Ceterum,
quibuscum colludere hic dissentientes uelint, probe perspicimus;
Bellarminus enim, allato ipsissimo hoc Iohannis loco, probare uult,
omnia opera, in iustificatione, excludi non posse: actum namque fidei
quoddam opus etiam esse, ex Ioh. VI, 29. MEISNER. Anthropol.
Disp. XXIX, §. XLVI. p. 337. Digna existimo famae, non intermoritu-
rae, Theologi, B. CARPZO VII, Dresdensis, uerba, quae hic, ante
mota insignius adhuc certamina dicta, expendantur: EIGENTLICH zu
reden, IN dem Handel der Rechtfertigung, kan der Glaube keine gu-
ten Wercke HABEN, als welche, nach der Ordnung der Natur, auf die
Rechtfertigung FOLGEN - - ebe (Christi Ergreifung) geschicht,
sind ALLE Wercke, sie scheinen auch so schoen sie wollen, Sünde und
GOTT ein Greuel, deshalb es sehr nach den FALSCHEN APO-
STELN SCHMECKET, wenn man, unter dem Vorwand des thaetigen
Christenthums, VON WERCKEN, AVCH IN DER RECHTFER-
TIGUNG, spricht, da Paulus doch ALLE Wercke non abschliesset,
Societ. Frugifer. P. II. p. 75.

V.

Dubium V. Bonum nonnulli propositum,

QVINTO,

Bonum an-
recedit Pro-
positum. *maximo opere urgent, ex quo actiuitas fidei, in momento iu-*
stificationis, probari posset, cum Pontificiis, Calixtinis, etc.
SCHAEFFERVS, in lebend. Glaub. p. 26. 40. 43. Vid. Dn. FREYLINGS-
HAVSEN. falsche Theol. p. 198. seq. Resp. 1) Quicquid hic bonum
propositum uocas ante iustificationem, non, nisi cessatio a peccatis
est, ex metu et territione legali orta, hinc bonum, Deoque placens
opus, esse nequit; tale namque uel Indus concipiebat, Matth, XXVII,
4. 5. et compuncti Petri auditores, Act. II, 37. nondum ramen Deo
placentes, nec poenitentes, l. c. v. 38. 2) Pontificiorum haec dispositio
est ad iustificationem, quam HOEPFNERVS speciatim reiecit,
quia iustificationem consequeretur, ut fructus fidei, si Deo debeat pla-
cere, Ebr. XI, 6. de iustificat. Disp. XI. Cap. III. Aphor. I. p. 102.
3) Horneii itidem haec assertio: PROPOSITVM, bonis operibus
studendi, etiam IUSTIFICANDO est necessarium, HVLSE-
MAN-

MANNO diferte reicitur; *Dialys. Apologes. p. 343.* contra quae re-
 etius idem HVLSEMANNVS : *Omnis BONI PROPOSITI ueri-
 tas, ante iustificationem, DENEGATUR homini irrogenito; qui et
 postea distinguit, inter Propositum positum suscipiendae bonae co-
 gitationis, seu B. O. interni; et inter abstinentiam a malo proposito
 interno, Vindic. Scriptur. p. 1186. Quam Stengeriani quoque dixerint,
 propositum, de uitandis in omni uita peccatis, surgere ex contritione,
 bonumque illud propositum ANTEIRE in Conuersione FIDEM, prae
 reliquis, DAN. HARTNACCIUS illis merito exprobrauit, *Micrael.
 H. E. continuat. p. 1755. seq. 1559. 4.) Speneri ipsius assertio est, pro-
 positum boni facienda esse post fidem; FREYLINGSHAVSEN. sal-
 sebe Theol. p. 198. quare et Ienenses Theologi idem sentiunt, in Re-
 sponso, sub XII. Ianuar. 1717. ein aufrichtiger Vorsatz, seinen Gebor-
 san in allen Stücken zu beweisen, sey, als eine FRUCHT des Glan-
 bens, anzusehen, apud Schaefferum, in Abbild, des Leb. Glaub. p. 91.
 Conf. HVLSEMANNI Breniar. extens. cap. XI. §. XI. p. 666. (d) Ei.
 Gewissent-Wurm, cap. V. p. 358. seqq. 376. seqq. 381. seqq. 386. seqq.
 400. seqq. HOEFFNER, l. c. GERHARDVS, Loc. de Poenit. §. LIII.
 p. 763. NEVMANNI Aphor. de Iustif. Aphor. LXXXVIII. p. 583.
 BLUMBERGII Anti-Sincer. Euangel. p. 147. Ven. Dn. NEVMEI-
 STERI Eclog. Mayerian. P. II p. 341.**

VI.

Symbola militare pro nobis, multis nuper expositum est : At *Dubium*
 tamen, VI.

SEXTO,

eadem quoque haec pro se Symbola allegare dissentientes uolunt. *Symbola*
Ex Apologia urgent, (Fide cedere actiue.) unumquemque, p. 68. *pro se, dis-*
 Resp. 1) Actiuum hic saltem habes *Grammaticum*, quod est, *recipere* *allegant.*
 Christum, patiendi scilicet, uti pluuiam terra, aramentum charta etc. *Responsio.*
 2) *Actiua* l. c. reiciuntur, *merita, si nos ipsos uellemus iustificare et*
saluare; accipi potius promissionem sola fide, non operibus; DEIN-
DE demum nos legem facere, l. c. p. 67. 68. Urgent Apologiam por-
ro : Fidem non iustificare et saluare, quia ipsa sit opus per sese
dignum, sed tantum, quia ACCIPIT misericordiam promissam, p. 70.

B

Koenig.

Koenig. §. 550. Resp. 1) Bene et pro nobis haec omnia dicuntur; fides E. non opus, fides, tantum accipiens et recipiens, non erit actiua; aliud enim est, accipere *passive* beneficium; aliud, facere *actiue* officium. Aliam tota Scriptura fidem actiuam ignorat, quam, quae operatur per charitatem, Gal. V, 6. 2) Koenigius, l. c. perinde omnem praxin et actiuitatem a fide, dum iustificat, remouet, solam organicam causalitatem, eamque, ex unico Obiecto iustifico apprehenso, largiens, l. c. Dicunt: *Apologia* itidem describit fidem, quod sit uelle et accipere oblatam promissionem etc. p. 69. Resp. 1) actiua haec iterum sunt saltem *Grammatica*, non *Physica*, aut prorsus *Theologica*. 2) Accipere, imo et *Velle*, scilicet non naturale et nostrum; sed, quod operatur in nobis, patientibus, *Deus*, Phil. II, 13. *actiui* nihil infert in momento; Facultas haec namque *ληπτική*, h. l. actiua diceretur, ratione formae saltem *genericae*, non *specificae*, Conf. Phil. III, 10. Gal. IV, 9. Si hic addideris, cum non nemine: Fides est opus Dei, quod uero *nos operari* deberemus; tum respondebimus: Inimicis Christi sese assimilare sic sentientes, qui plane pari modo loquuntur; Ioh. VI, 28. Christus uero, operationem eorum omittens, de sola fide respondet, l. c. u. 29.

VII.

Dubium VII. Contendunt, qui fidei actiuitati: in momento iustificationis uelificantur,

SEPTIMO,

Auferet nobis fides *ἀεργος* *ἀεργος* *Orationem, Sacramen- ta, B O etc.* *Responsio.* *ἀεργος* eiusmodi fidem tollere, quae tamen a Deo sint seuerissime ordinata, *Orationem, Sacramenta*, imo, et *B. O.* ipsa, iactura, quam Christianismus hinc pateret, grauissima. Resp. 1) *Bellarmini* obtusa haec iam dudum tela sunt. a GERHARDO olim, intrepido, fortissimoque animo excepta et contracta, ut societatem erroris, et quorsum nouiter uelint, uel hinc intelligas, *Loc. de Iustific. §. 146. p. 1367* 2) Tantum abest, ut fides, excellentissimum Dei donum, aliquid boni, animaeque proficui tollat, ut potius generet, producat, augeat, locupletet, 2. Pet. I, 5. seqq. imo, compendium omnium bonorum, ipsam *aeternam salutem*, elargiatur, Marc. XVI, 16. 3) *Proces*

- 3) *Preces et Sacramenta* non sunt fidei *Opposita*, sed *Subordinata*, quorum *illae* bene cum fide stant; Rom. V. 1. 2. IIX. 15. Gal. V. 6. Ebr. IV. 16. *haec* uero, *Sacramenta*, ceu *media* δόσεως, cum *medio* λήψεως perinde, dum fidem, et dant, et roborant, pugnare nequeunt.
- 4) B. O. a fide, illorum *matre*, in *Statu*, tolluntur minime, modo in *actu* et *momento*, non immisceantur.

VIII.

Plura pro fidei *actiuitate*, in *momento*, *lucrari* se posse, *Dubium*
putant, VIII.

OCTAVO,

qui inter fidem, *quae*, et *quatenus* practica sit, diligenter *distinguunt*, atque *minimum* illa, nos *iustificari*, adeoque *praxin* tamen *inferri* in *momentum*, opinantur, Dn. D. LANGII *Nachricht. Ord. IV.* cum App. p. 36. Ei. *Neuest. Histor. p. 139. 325.* SCHAFFERI *Leb. Glaub. p. 84.* Resp. 1.) *Omnia* hic *militant* *argumenta*, in *Disput. nostra* *Ida*, p. 5. *seqq. 13. seqq. 21. seqq. 28. seqq. 36. seqq. 49. 50.* *fufius* *deducta*, quibus *practica* et *operatiua*, *post* *fidem*, ceu *fructus*, collocantur, adeoque *ingredi* *actum* et *momentum* *ira* nequeunt, ut, *quae* *operosa* sit, *fides*, in *actu* hinc *deprehendatur*. *Efficax* et *opus* *Dei*, *fides*, iam *rum*, ante *nostram* *operatiuam*, in *Christo* est. 2) Si qui *Theologi* *sinceri* *distinctione*, *quae*, et *quatenus* hic *utuntur*, ad *Statum* *haec* *trahunt*, adeoque *scribunt* *simul*, *fidem* *non* *operari* *per* *charitatem*, *nisi* *in* *iam* *IUSTIFICATIS*, *it.* *charitatem* *esse* *fide* *POSTERIOREM* et *eius* *EFFECTVM*, *it.* *Relatiuum*. *QVAE*, *specificat* *tantum* *subiectum* *propositionis* (*fidem*) *idque* *describit* *ab* *attributo* *suo*, *quod* *iustificationem* (*non* *PRAECEDIT*, *sed*) *in* *ordine* *SEQVITVR*. Et *denuo*: *Fides* *QVAE* *per* *charitatem* *operatur*, *i. e.* *uera*, *quae* *describitur* *a* *POSTERIORI*, *per* *charitatem*, *non* *a* *PRIORI*, HVLSEMANN. *Breuiar. extens. Cap. XI. Th. X. et XI. p. 665. 666.* *Sensum* *Apostolicum* hic *urget* *BLVMBERGIVS*, quum *Theologi* *haec* *distinctione* *describerent* *quandoque* *fidem*, *a* *Consequente* et *Effectu* *suo*, *non* *uero* *sensu* *Arminiano* et *Fanatico*, *a* *charitate*, ceu *necessaria* *sua* *conditione* et *iustificatio-*

nis *requisito*; uti, certo modo, de Apostolis dici potuisset: Fides, quae miraculosa est, *iustificat*; ubi etiam miraculorum (*sequentium*, Marc. XVI. 17.) *concomitantia*, non statim inferret eorum etiam, in iustificatione, *praesentiam*, *Anti-Sincer*, p. 29. Ex quibus et aliis patet, per suum adhibitum quandoque QVAE, nostros uelle tantum *characteristicam Subiecti*, non uero *sensum* et *ordinem Praedicati*. 3) Res ita multis hodie proponitur, ut distinctio, QVAE et QVA, si rem ipsam spectes, in merum abeat glaucoma, atque fides omnino, etiam QVA operosa est, in *actum* et *momentum* intromittatur. Solide id docuit Mf. Dn. LOESCHERVS, *Timoth. Verin*, P. I. p. 348. seqq. 351. seqq. 356. 358. seqq. Conf. ubi τὸ *quatenus* expresse quoque admittunt, Dn. NEYMEISTERI *Ecolog. Mayerian*, P. II. p. 340. Quam fraudulenter, tum *Interim*, tum *Diploma Interbocense*, omittant fidem formatam, QVAE B. O. habeat, adoque quae, et *quatenus* pro uno eodemque agnoscant, FLACIVS docuit, *Clau. Script. S. P. H. col. 773. nr. 9.* Idem EPISCOPIVS agit, fidem in *iustificatione* aliter accipi non posse, quam *QVATENVS* non mortua, sed foecunda Bonorum Operum sit, ut adeo opera bona etiam ad *iustificationem* *CONSEQUENDAM* necessaria, necessitate *PRAESENTIAE*, statuatur, et uerba, *nisi remiseritis etc.* manifestam *conditionem* in se contineant, quae, ut *causa SINE QVA NON*, *EFFICIENTIAM* aliquam *necessario* contineat, OO. T. I. P. II. p. 16. a. 4) Theologi cordati dudum, ut caueamus inconsultam huius distinctionis applicationem, monuerunt. Sic B. CARPZOVIUS: *Es haben recht gläubige Lehrer ic und allewege die Redenari VERWORFFEN*; quod fides, non qualilibet, sed *QVAE* per *charitatem* operatur, ad salutem necessaria sit, Societ. Frugif. P. II. p. 75. Si DANNHAVERVM forte allegare, hac scilicet distinctione usum, uelis, ille in contextu se explicabit facillime, *praesentiam* scilicet et *coexistentiam* OO. se saltem uelle ita arctissime unitam in *praxi*, *EXTRA Spbaeram iustificationis et saluationis*. Distinctissima, cum Lutero, idem ponit der *Wercke ZINSGVT*; et postea *des Glaubens ERBGVT*, Hodos. Phaenom. XI. p. 1387. 1389. Vid. HVLSEMANN. l. c. SONTAG. *Ergodict.* II. §. 6. p. 15. seq. SCHELGVIG. *Vindic. Artic. de Iustif. Qu.* XIV. p. 187. seqq. NOV-ANTIQU. 1733. p. 205. seq. BLVMBERG. *Anti-Sincer*. p. u. 13. 20.

IX.

Pietatem magis posse promoueri, nonnulli,

Dubium
IX.

NONO,

credunt, si fidem, in actu practicam, admitteremus, quandoqui- Pietas, fide
Practica,
magis por-
est promo-
in ueri.
Responsio
dem sententia contraria in impietatem abripere plurimos pos-
set. Resp. 1) Quod fit per accidens, dici non debet, ac si fieret per se. 2) Deserere Scripturam et Symbola, soli, quod Christo, fide apprehenso, in actu, debetur, pariri cum operibus, pium non est; In Statu uero praxin excludere uelle, hoc demum mire impium atque haereticæ Archonticorum. Antitactarum etc. Sententiae conforme foret, si scilicet existimes, hunc esse fidei Christianae fructum, quod a B. O. simus liberati, BVVDEI Miscellan. sacr. P. II, p. 255. In quo solo sensu, ratione Status scilicet, AVGVSTINVS aliquando (Lib. de Fid. et OO. c. IX.) dixit: Fidem, sine operibus, non prodesse; quod Buddeo uertitur, per: Fides, quae opera non producit, non est uera fides, l. c. p. 257. 259. quod, debita tamen cum circumspectione, accipiendum, ne fidei, in actu, uel, ratione externorum, infantium itidem, latronis in cruce, debitoris seruis, Matth. XIX, 26. seqq. imo, τὸν προσηγορευ in genere, aliquid derogemus, GAVDELIZ. Melod. Lebr. - S. P. VI. p. 79. 81. 3) Legis honori, quod putant, nihil praecudat iustificatio, si actui scilicet legalia, utpote non uiuificantia, Gal. III, 21, non immisceas. In conuersione certe et contritione poenitentiali terrefactus, hic Deo sistitur cōsuetudo, paedagogice, per legem, ad Christum, monstratis ipsi, quibus laborat uulneribus, adductus, qui legis impletionem, per Christum facta, hic fruitur, atque, post actum, secundum legis directorium, incedit. Lex, DANNHAVERVS inquit, docet, quid debeas et quo careas; Christus dat, quod facias et habeas, Hodof. Phaen. VI. p. 496. 4) Paulo nemo diligentius opera, praxin et iustitiam suam, ex actu iustificationis exclusit; Phil. III, 9. at, idem tamen pietatem simul uehementissime urget; Quaecumque sunt uera, quaecumque honesta, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque boni nominis, si qua uirtus, si qua laus est, haec cogitate. Quae et didicistis, et ACCEPISTIS, et AVDISTIS, et VIDISTIS IN ME, haec facite, cap. IV. 6. 7.

Eadem, et nobis, et prifeorum Theologorum mens est, quam rotunde alicubi eloquitur TIMOTH. KIRCHNERVS : *Vterque locus, FIDEI et OPERVM, diligenter doceri et urgeri debet, sic tamen, ut uterque intra suos limites maneat, Propolit. de B. O. iustificator. 1577. A. 3. a.*

X.

Dubium X. *Melodii*, in χωρισμῷ nostro maximopere etiam aberrantis,

DECIMO,

Per Christum, uti FIDVCI-ATVM, sic etiam per AMATVM, iustificabimur.
 Responso.

hoc, in contrarium nitens, acumen est: Si largiris, te saluari per Christum *fiduciarum* (per fidem, et fiduciam) quidni etiam per Christum *amatum*, honoratum? quandoquidem et fiducia, non ex fide sola, sed et simul ex actu reflexo, cognitione item suae poenitentiae, exoriretur, adeoque haec cognitio pro *medio remissionis* peccatorum et *salutis* haberetur. Resp. 1) Nouum hocce Christi *fiduciatum* acumen ignorat Scriptura uniuersa et Ecclesia; *Melodiana* itaque noua inuentione, res expeditur minime. Si, uti per fidem, sic quoque per *amorem* et *opera* plura, Scriptura nos Christi apprehensionem docuisset, nec ultima, in iustificatione, absolute exclusisset, aliquid forte dixisset *Melodius*. *Matri*, quod comperit in multis et facere fas est; *siliabus* certe non itidem datum est: 2) Si, quod per fidem, idem expedire licet per opera, actum est de toto nostro iustificationis articulo, et incongrua fecisset *Lutherus*, si ideo, contra Pontificios, uel uerbulo, sese mouisset. Sic omnis eludenda erit Scripturae industria, in distinctione, oppositione et separatione Operum tantopere occupata, si *sursum* tuum arque *deorsum* tam impie luseris. *Effectus* sic feceris *Causam*; *Fructus*, uel ipsam *arbores*; *Declarantia*, ipsa *Essentialia*. 3) *Spem*, *charitatem* et reliqua OO. attendis, uel *sine fide* iustificante; et tunc nondam existunt: quomodo E. gratiam in Christo nobis applicabunt? Vel *cum fide*; et sic iis non opus est, quia per fidem, antequam illa orirentur, gratia nobis in Christo iam tum data est. Duo maxima saltem pensitemus *opera*, *amorem* et *spem*, num per Christum *amatam* et *speratam*, iustificari queas? Non certe per *amorem*; hic enim pro *Obiecto* habet bonum quidem praesens,

sens, at absolute saltem spectatum, sine relatione ad alius, per amorem obtinendum. Non itidem per *spem*; haec namque pro Obiecto habet bonum prorsus futurum, ideoque non potest esse medium nostrae iustificationis, quia in ea praesentia et in Euangelio oblata bona, apprehenduntur. 4) De actu reflexo et cognitione supra, Obiect. IV. dictum est. Intellectualia certe naturalia, non constituunt fidem, supernaturaliter excitatam; sed Deus suam alias fidem, in homine saltem, cognoscendi facultate instructo, non autem per eundem, perficit, quam alioqui, contra III. Articulum, ex propria ratione et virtute, ad Christum venturi essemus. Vid. Dn. GAVDELIZII Melodisch. Lehr-Saez. P. VIII. p. 78. seqq. 85. seqq.

XI.

Audiamus porro et illud, quo practicae et operosae, in Actu, Dubium
fidei defensores nituntur, XI.

VNDECIMO,

inprimis; leuem admodum, uolaticam, idealem et nimium gracilem admitti a nobis iustificatoriam fidem, quam adeo, suam per praxin, habitiozem, magis completam, difficiliorem et pinguiorem quasi, sistere oporteat: Ut hinc, modo fidei perceptionem, modo illius Inetam, modo fidem (cum operibus) plenam, oppositam sterili, in actu, requirant, nos uero alias, cum H. Moro, latitudinario, saltem hypocryseos et solisidianismi, imo, cum Pfaffio, quod ieiuna macilenta et exilia, de fide garriamus, accuserent, B. SONTAG, Ergodioct. alt. p. 16. SCHAEFFERI Leb. Glaub. p. 53. seqq. ex Io. Fevo et Mich. Medina. NOV. ANTIQ. 1730. p. 19. GRAPPI, Theol. rec. contr. Absol. c. III. Qu. 2. p. 35. seq. Criminationes Democriti, de fiducia nostra straminea et falsa, spectro, quo, in fine, abigere statim diabolos, nostroque ex suilli (Sausstalle) ad Deum euolare uellemus, vid. Fat. Fat. p. 81. 107. Fergiana quaedam, huc referenda, Dn. D. VVALCHIVS recenset, Relig. Streitigk. P. I. c. V. p. 715. B. IANI Fid. iustif. Nat. et Fund. p. 2 cum. p. 7. Resp. 1) Leue, gracile, ideale, nuda imaginatio etc. non est, quod, ex apprehensione uina, Gal. II, 20. opus operantis Spiritus, Rom. X, 17. imo, omnia

omnia, in Christo ἐνδυναμῶντι ἰσχύων est, Phil. IV, 13. Loca saltem expendamus, Ioh. I, 5. II. 12. Rom. IIX, 38. XIV, 14. 2. Cor. I, 22. Eph. I, 13. 14. Phil. III, 12. 13. Col. II, 6. Non gracilis fides, aut σκυβάλοις nostrorum operum, Phil. III, 8. saginanda; sed ἔργων omnino est, non equidem ἡμῶν, quae actum sequuntur; sed τῷ Θεῷ, uti uidimus, cuius uere dantur realitates et partes realissimae, 1. Theff. I, 3. Iac. II, 14. 17. atque hae, non fidei; quin, saltem imaginationi et hypocríticae de fide sermocinationi opponuntur. Iustificatio et remissio peccatorum solo nititur Christo, salutis Fundamento, quatenus illum fides habet: Ast ille tamen, in Ordine salutis, aliter non obtinetur ac retinetur, quam, ut eadem illa fides sit, quae in regeneratione, ut opus Dei, productum per uerbum uiuum et operosum, una cum Spiritu Sancto, ueram contritionem, pudorem poenitentialem, iustitiae famem ac sitim, humilem supplicationem, odium iniquitatis ac horrorem, pulsus ad meliora, cognitionem, conuictionem, apprehensionem &c. operetur. 2) Haec requisita fidei quasi soliditas, praxis, operatio, iuxta Form. Concord. non requiri debet, dum est et iustificat, sed, dum agnoscitur et discernitur, num forte sit saltem torpentium opinio? Ibi Formula Concordiae ait, falsum est, fidem non posse iustificare, sine operibus: Vel, uti pergit, fidei, ut iustificet, necessariam esse PRAESENTAM B. O. aut ad iustificationem, uel IN ARTICULO iustificationis esse necessariam PRAESENTAM B. O. p. 693. 3) Pro Anti-Trinitariorum, ac speciatim Socinistarum errore hoc D. WALCHIVS habet, fiduciam fidei describere, per obedientiam, Einleitung in die Relig. Streitigk. 1724. p. 574. Alibi idem, Quackeristicum et Weigelianum esse, docet, pium fieri in iustificatione, l. c. p. 615-635. 4) Quare, cum aliis Theologis, MENZERVS negat, cum FACILITATE id esse coniunctum, tantum per fidem iustificari et saluari; eos saltem sic loqui consueuisse, qui, quid fides sit, ignorent, Gen. XXXII. 24. seqq. Marc. IX. 24. Pf. XXXI. 23. T. II. 00. p. 1210. LVTHERVS dissentientium Lügentheidung und Etselkünst uocat, facilem nimium nos confingere fidem; O! es ist eine schwere Kunst, so gar an ihm selbst verzagen und sabren lassen, was er hat, beyde gut und boeses Leben, und allein blos an dem Worte Christi hangen, und darob Leib und Seele lassen - versuche es nur mit Ernst und in rechten Kampf des Gewissens, Postill. Eccles. P. I. p. 593. seq. Et postea de fide, quum semper, aliquid fecisse

nos,

nos, scire uellemus: Ich selbst kan es auch schwerlich lassen und bin dennoch darob zermartert und zuschlagen, daß ich kaum bey dem Leben bin geblieben. Das ist der rechte Mühlstein, den man nimmer, kan von Halse bringen. etc. l. c. P. II. p. 145. Deinceps, per XX. annos, hoc se nondum satis discere potuisse, ob difficultatem, ait, in solum meditato-rem credere; nos admodum libenter aliquid asserre simul ad Deum uelle, ut nostra pro sanctitate, nobis aliquid retribuatur, l. c. p. 220. b. At tamen ideo sterilem sibi, lenem, admodum facilem fidem, non fingit. Est, inquit, fides res uiuax, potens, non otiosa cogitatio, nec innatat cordi, sicut anser aquae, sed sicut aqua, igne calefacta, etc. in Genes. c. XII. v. 4. Plura hic dabunt COLBERG. P. H. Christenth. .P. I. p. 109. II. p. 474. Dn. D. LOESCHER. Tim. Ver. P. I. p. 383. seq. Dn. NEVMEISTER. Eclog. Mayer. P. II. p. 346. 348. HVLSEMAN. Instruct. Studios de Phras. B. O. sunt necess. p. 76. seqq. RAPPOLTI OO. Theol. p. 2001. De fide Spiritus, fidei Scripturae opposita, Herxheimeri, NOV-ANTIQ. 1702. p. 261. Edictum Meinungense, ap. Dn. NEVMEISTER. in Piet. a Magistrat. Reprob. p. 189. Anabaptistarum, Rinckii imprimis conuicia, de fide nostra ignaua, uel putrida et mortua, ex Iust. Menio, uid. in NOV-ANTIQ. 1711. p. 56.

XII.

Momento, quod nunc frequentius occurrit, succensent admodum, Dubiam
XII.

DVODECIMO,

nonnulli, quod illud momentum et iustificationis tempus, in- De tempore
et momento
iustificatio-
nis, quod
antea inau-
ditum, nunc
docemus.
auditum quondam, nunc urgeremus nimium, in actu iusti-
ficationis; Ratione temporis, quod et contra Würfelium,
D. Gebhardi cum primis assererat, fidem et opera SEMPER
esse SIMPL. anica inau-
ditum, nunc
docemus. **MOMENTO** disputare, altercari uelimus, imo, crudeli sanguinis
effusioni occasionem fecerimus, MELODIVS argutatur; qui et
postea infelicem (unselig) illum proclamat hominem, qui
primus de **TEMPORE** remissionis peccatorum, contendere coe-
perit, D. GEBHARDI Disp. in Ps. XIII. 1718. hab. itemque in

C

Vindic.

*Vindic. dicti Carpzou. SCHAEFFERI Leb. Glaub. p. 69. Dn. FREY-
LINSHAVS. Falsch. Theol. p. 181. seqq. C. L. MEYERI Zusaellig. Ge-
danck. c. gründl. Wiederleg. pro Dn. D. Klugio, p. 47. MELODII*
Einfluß, p. 486. 529. Resp. 1) Momentum aliud est uerum; aliud,
cum extensione et mora, sensibile, perinde, uti et tempus aliud inde-
finitum, definitum uero aliud est. Hoc nos non ponimus: Opera
namque adesse debent, in momento sensibili; At, ante Opera tamen,
momento insensibili, coram DEI tribunali, facta debet esse iustificatio,
ne Opera, ullo modo, immisceantur iustificationis Circulo. Momen-
to uno, sumto scilicet latiori sensu, nonnulli Iustificationem fieri di-
cunt et Renouationem: Interstitium tamen temporis orone, licet
nullo, uel nostrae, uel Angelicae quoque mentis acumine discernen-
dum, uti et minorum, sensu tamen a Mathematicis non discernen-
dorum, quasi segmenta dantur, non negant, uti deinceps, in fine hu-
ius Dubii et Obiectionis, pluribus patebit. Diuinus namque intellectus
interuallum illud, in Scriptura reuelatum, quod nobis sufficit, accu-
rate nouit, ut OO. adeo nostra quaeuis, origine, natura, ordine ac
tempore, fide et iustificatione posteriora, statuamus; Vti et linea
sic constat ex punctis, ut tamen, dum illa ducitur, unum punctum
altero, licet insensibiliter, tempore sit posterius. Tactus ferri igniti,
et facta hinc manus ustio; fulminis, in materia inprimis facile usili,
percussio, et ortum inde incendium; attractus pulueris in tormento
pyrei, per uirgulam succedentem, et ipsa explosio; illapsus obie-
ctorum in oculum, et facta ibi receptio et uiso ipsa, simul fiunt omnia:
Et tempore tamen, licet non accurate determinando, omnino diffe-
runt. 2) Quo tempore fides est $\chi\omega\rho\iota\varsigma$ $\epsilon\pi\gamma\omega\nu$, eo temporis momento,
non est $\sigma\upsilon\nu$ $\epsilon\gamma\gamma\omega\iota\varsigma$, nec homo tum pius est; A. in momento Iustifi-
cationis etc. 3) Stat utique fides, per Verbum et Sacramenta, citra,
quod operibus, baculo illo Egypti, debeat suffulciri; Non tamen
stat eadem cum OO. malis et proposito, in peccatis perseuerandi, uti
nec in Statu, separata ab Operibus, persistit. 4) Bene itaque
SCHERZERVS de Iustificatione et Renouatione docet, TEMPORE
interuallis distinctis, fieri utramque, quod ex Gal. V. 6. Marth. V. 16.
Iac. II. 18. Rom. XII. 2. Eph. V. 10. Col. III. 20. Ebr. XI. 6. probat, System.
Loc. XVII. §. 2. p. 455. seq. KOENIGIVS Apotelesmata, regenera-
tionem, iustificationem, et renouationem fieri simul et in instanti (sine
tempore sc. sensibili) scribit; de Vnion. Myst. §. 577. Limitat namque
simul,

simul, alterum esse altero prius et posterius; esse quaedam ex fide, post fidem acceptam; esse quaedam effectus, antecedentium etc. Quorsum et, in explicacione, QVENSIEDIVS tendit, in eorum Apotelesmatum coniunctionem, quous puncto Mathematico arctiorem, ponens, quod diuelli et sequstrari nequeant; Praecedere eorum quaedam, quaedam sequi, System. de Union. Myst. Cap. XVI. p. 621. a. 5) Nutant hic uel ipsi saepe dissentientes et mentem nostram, No. I. explicatam, non ubiuis recte assequuntur. Schaefferus ipse loquitur contra das genaue ergrübeln des Momenti; contra das eigentliche momentum, das man so EIGENTLICH nicht wissen koenne; l. c. p. 24. 25. contra eine WEILE der Zeit, l. c. p. 69. atque inconuenienter pro se Acta Colloq. Altenb. Musaeum etc. allegat, ubi iudens sermo est non gewisser Zeit und Momentis, it. non labr, Monden, Tag, Stunden, Minuten, it. de puncto Mathematico, das GENAV gezeigt werden koenne, ibid. p. 26 27. quemadmodum et Freylinghausenius fidem affert, quam nach EINIGER Zeit sequatur amor; l. c. p. 181. Quae omnia nos non asserimus, quibus sufficit, dixisse, non intercedere inter fidem et OO. ein MERCKLICHES interstitium temporis; quo uero excluso, non statim quoque insensibile negamus, S. R. LOESCHERI Tim. Ver. P. I. p. 382. Argumento certe huic: Si discrimen temporis inter quosdam gratiae gradus, nulla humani ingenii uelocitate, sentiri potest, sequitur, quod nullum temporis discrimen adsit, multum ego non tribuo; tempus namque, qui hoc obiciunt, sensibile et insensibile, ingenium item humanum, tum uero angelicum, imo diuinum, non satis distinguunt, Conf. Dn. SIBETH, Considerat. cum Not. p. 75. 6) Theologi omnes, fateor, ante nouiter mota, cum connexis, certamina, actus itidem ac status frequentiore confusione, non una semper ratione, quin latius quandoque, loquuntur, explicandi tamen ex Scripturae et Symbolorum consensu. Dicat Chemnitius, I. Andreae et alii, Opera esse SIMVL; Ad Statum, uti supra uisum, contra eos, qui operum nos plane incuriosos criminabantur, respiciunt, et communiori loquendi usu, utuntur, uti u. g. Dominus et seruus simul ingrediuntur templum, ut seruus tamen sequatur. Momentum itidem latius sumi potest, et strictius. Concionantur aliquot, una in urbe ampliori, Pastores simul; una, quae fixa est, hora, non tamen uno stricte momento incipiunt et finiunt. AVGENBLICKS (latius momento sumto) folget sanctificatio, doch daß man kein Punctum Mathematicum.

thematicum setzen kan, noch will : NOV-ANTIQU. 1729. p. 91. Interim tamen de momento loquendum est, ne prima pars *Ordinis salutis*, ante Iustificationem, cum *Fundamento* illius confundatur, licet de momento Iustificationis, quando praecise immineat, quod multi Theologi simul uolunt, non disputemus, nec adeo solliciti simus. Secum, uti existimat, consentientium Theologorum locis inprimis pugnat I. C. SCHAEFERVS, in *Delineat. uerae Fid. uiuentis*, quae, dum diligenter congeffit, summam hic quaedam, pro meliori eorum intelligentia, afferre liceat. a) Vixerunt BB. Viri, puri ceteroqui et ingenui, eo tempore, quo tam periculosa, uti nunc, conclusiones nondum inde deducebantur, ubique satis habebant, monstrum illud, de OO. coefficientia, ex actu eiecisse, ut securius adeo quandoque loquerentur, uti Nro. huius Obiectionis Sexto iam tum dictum est. Certe, si nunc uiuerent, atque periculi plenas, quae inde deductae, conclusiones/ errorumque societatem audirent atque uiderent, non dubito, idem illos facturos esse, quod cordatus ac Veri tenacissimus Theologus fecit, uid. MAYERO-NEUMEISTER. *Eclogae, P. II, p. 349. 350.* b) Nonnulli loquuntur de eadem saltem fide, iustificante, et sanctificante, seu renouante, uti Schmidius, ap. *Schaefferum*, l. c. p. 71. et *Daunbauerus*, l. c. p. 90. c) Alii tempus sensibile negant, uti *Hoepfnerus*, l. c. p. 71. *Carpzouius*, p. 71. 72. *Scherzerus*, p. 72. *Cundisius*, ibid. *Swarzius*, ibid. *Gerhardus*, p. 73. *Meisnerus*, ibid. *Formula Conc.* p. 85, *Hulfemannus*, qui et de motibus simul loquitur, imo, contra *Bellarminum*, notabile discrimen inter *ronouationem* et *iustificationem* ponit, quo ibi emendetur, hic uero absoluitur, *Praelect. in F. C. Art. XI. Sect. V. S. 3. et 2. p. 560.* Alii statum iustificationum uolunt, contra ἀφύεσθω et *separationem*, post iustificationem a fide, pugnantes, et *continuatam* hac ratione iustificationem explicant, cum *Apologia*, l. c. p. 71. *Brochmundo*, p. 73. *seq. Chemnitio*, p. 74. *Hoepfnero*, l. c. nec non p. 79. et 87. *Schwarzio*, p. 75. et 76. *Carpzouio*, p. 76. *Caluio*, l. c. et p. 89. *Chemnitio* et *Scherzero*, p. 82. et 84. *Gerhardo*, p. 84. *Separationi* obloquuntur *Meisnerus*, l. c. p. 78. 88. *Quensiedius*, p. 78. 89. *Cundisius*, p. 79. *Schelguigiis*, p. 79. *Carpzouius*, 79. 80. 87. *Schmidius* et *Himmelius*, p. 80. *Gerhardus*, p. 86. *Bechman*. p. 87. *Kromayer*. p. 88. *Scherzerus*, ibid. Et certe, dum *Statui* huic admodum intenti sunt Theologi multi, liceat de iis curatius paulo adhuc dispicere:
Hoepfne-

Hoepfnerus fidem nunquam ἀεργον, ad Statum refert, dum quidam, in mortis quoque articulo, saepe proderent adhuc fidei fructus, fidemque ostenderent, de Iustif. Disp. XI. p. 1016. Pag. 1101. uerum est, eum sic loqui, uti nunc locuturus non esset, sat etenim habebant tunc, cooperationem OO. mascule retudisse; Interim tamen de separatione et professione fidei scribens, bonam suam mentem prodiit; l. c. p. 1102. Fidem semper operosam saltem non renuere operari, QUANDO debeat, licet et in ipso ACTV NON OPERETVR, aliam tum scilicet ἐνέργειαν ostendens, l. c. CARPZOVIVS solitariam hic fidem negat, sterilem scilicet, seu mortuam, quae plane nulla GIGNAT B. O. Phrases. 1) Sola fide iustificamur, fidem describere ab Officio, in iustificationis actu, 2) fides, qua iustificamur, est solitaria, sine operibus, designare eandem, ab adiuncto, seu effectu, Dispp. IIag. System. p. 114. Conf. Ei. Disp. de Concursu B. O. ad salutem in Colleg. Anti-Papist. p. 1498. seqq. FORMVLA CONCORD. Epit. p. 586, clarissime in Contextu explicat, quid sit, B. O. cum fide iustificante semper deprehendi, it. Fidem ueram nunquam esse solam; Hoc scilicet Formula Conc. uult: POSTQVAM homo est iustificatus, TVM (non in actu) ueram illam et uiuam fidem esse, per charitatem efficacem; B. O. SEMPER fidem iustificantem sequi. CARPZOVIVS distinguit inter, fidem 1) solitarie se habere, et 2) solitariam esse: Illud expresse actui adscribit; Ergo (opposita enim sunt membra distinctionis) hoc tribuit statui, IIag. in LL. Symb. p. 379. cur uero non contra hunc saeuunt Halae? Idem dicit 1) fide, quatenus non solitaria est, seu opera coniuncta habet (h. e. in statu) non tranquillat conscientiam: E. cum fides tamen aliqua iustificans tranquillare debeat, hanc propositionem probat, 2) fides solitaria (in actu) tranquillat, l. c. p. 519. A quo nec ipse Dn D. LANGIVS abludit, P. IV. der Mittel. Str. p. 277. Sic ipsum quoque CALOVIVM mirari posses, dicentem: Opera a fide abesse non posse, quoad existentiam - - fidem esse non posse sine Operibus; Bibl. Illüstr. ad Rom. IV. s. p. 74. At, mox indicat, se loqui de Statu: Sic fidem non esse sine Operibus, uti anima in corpore non fit (consequenter) sine motu, Solis lumen, non sine radiis, - - - IMPIVM iustificari et condemnandum ADHVC, dum comparet coram throno, cui ex gratia DEVS remitteret - -

Operibus B. DEINCEPS studere hominem, utpote quae sequantur *iustificatum*, etiamsi, dum λογίζεσθαι ὁ Θεὸς δικαιοσύνην, *Opera* nondum **ADSINT**, l. c. p. 75. Operum item cum fide *iustifica coniunctionem* non aliter explicat **RAPPOLTVS**, quam per fructum ex fide *efflorescentem*; per negaram **OO. a fide separationem**: ueram enim fidem *semper PARERE bonos fructus*, Operum Theol. p. 548. e) Alii adhuc *Motus*, de quibus supra, speciatim attendunt, uti *Apologia*, ap. **SCHAEFFERVMI**, l. c. p. 75. *Calenius*, p. 76, *Lutherus* ipse et *Chemnitius*, p. 85. *Hulfemannus*, p. 87. Omnibus breuiter satisfactori, **OO. quaedam ponunt affectu** quasi talia, alia *effectu*. Illa, *actus* potius sunt, in homine, qui iustificatur, in et *penes iustificationem*, quam *Opera. Vires ad OO. interna, affectu*, talia, ex *regeneratione*, in momento, simul *cum fide*, efficiuntur: *Vires* autem ad **OO. interna, effectum** talia, ueniunt ex *iustificatione*, seu Christo apprehenso, et sic momentum iustificationis sequuntur, *Vid. NOV-ANTIQU. 1733. p. 205. seq.* De pluribus, dum haec sufficiunt, nunc non dispicio. **RAPPOLTVS** certe, magnus *Magni Hoepfneri* discipulus, in simili argumento uertans, haec quasi axiomata praestruit: *Fides, ut constituatur, VIVA OVE et uera sit, SOLA facit fiducia, fidei iustificantis ἐντελέχεια VNICA*. It. Pontificiorum, Arminianorum, Photinianorum calumnia est, a *Libris nostris Symbolicis refutata, fidem ueram a bonis operibus TEMPORE* (in statu) et *subiectis SEPARARI, aut cum malo proposito consistere posse*. Et porro, ex *August. Confessione et Form. Concordiae: Fides, dum ADEST, bonos fructus PARIT* (E. in actu noodum haber) Et denique: *POSTOYAM* homo est *iustificatus, TVM* fides per *charitatem* est *efficax* - - - *Impossibile est, B. O. a fide* (in statu) *SEPARARI, OO. Theol. p. 126. seq.* Concludimus, uel ipsius *Dn. D. PFAFFII* epiphonemate: *Vna eademque fides est, quae iustificat, et quae sanctificat, quae saluat; DISTINGVE saltem MOMENTA TEMPORVM* - - - in *PROGRESSV*, ubi fides haec bonis operibus, tum *INTERNIS*, tum *externis, florere incipit, ecce SANCTIFICARIS* - - - *OO. in negotium iustificationis primae, ubi et NONDVM ADSVNT, inuicere, insulsum esset* - - - *cum primum homo iustificatur, bonis operibus, iis nempe, quae fides gignit, homo NONDVM floret.* Hoc saltem addiderim, dum quasdam Theo-

Theologorum locutiones attendimus, eorum quosdam f.) de fide, *euangelico sensu, practica*, opposita *historicae*; uel de *actu practico applicatiuo*, uti D. Roebnerus et D. Scherzerus; imo, alios adhuc de fide, *otiosae ac torpidae, theoreticae* quasi et *nude assensitiuae* opposita, cum Danhaucro, Carpzonia, Neumanno etc. loqui, Vid. BLUMBERG. *Anti-Sincer. Euang. p. 418. seqq.* LV-THERVUS ipse alicubi scribit: *Quare nos dicimus, fidem SINE OPERIBVS nihil esse et inanem*; sed de *statu* is manifeste loquitur: *Postquam homo fide sit iustificatus, non esse otiosum, boni arboris instar*, in Epistol. ad Galat. 1538. f. XCIII. Pari modo T. KIRCHNERVS, dum asserit: *Quare et nos dicimus, fidem sine OO. NIHIL esse et inanem*, una se explicat, non, nisi de *statu* sibi sermonem esse; *POSTQVAM homo iustificatus est, - - TVNC erit operosus etc.* - - illud, quod a principio dixerat, *Papistae et Fanatici sic intelligunt, fidem absque OO. non iustificare, aut fidem, QVANTVMVIS VERAM, si opera non habeat non ualere, Hoc falsum est*; ac postea fidem, sine operibus, in *statu* scilicet, *fanaticam cogitationem, meram vanitatem et somnium cordis* uocat, *Responson. de B. O. iustificatorum, 1577. D. 2. a. S. LXXI.* Vid. B. IANI *Fid. Iustif. Natur. et Fundam. p. 14.* Alibi PRAEFFIVS iterum expresse, uerbis *Form. Concord.* nixus, operum *ne quidem PRAESENTIAM*, in *ACTV* iustificationis admittit; non enim idem simul Praesens esse, uel antecedere, et simul consequi posse, quemadmodum simul sorbere et stare non possemus, *Theol. Dogm. Moral. Cap. IIX. p. 487. seq. 494. seq.* Conf. de re hac uniuersa *NOV - ANTIQ. 1720. p. 164. 1729. p. 90. seq. 1032. seqq.* MAYERO - NEUMEISTER. *Eclog. P. II. p. 346. seq.* LVDOLFI *Vertheidig. der normahl. Wittenb. Theologen. 1729. P. 19.*

XIII.

Quiritantur uero nonnulli,

DECIMO TERTIO,

de eo, quod nimium hic subtilia, in Articulo, nobis saluberrimo, sectemur, spinasque admisceamus ipsi, ubi rosas saltem decerpere deberemus. Resp. I) Verum est, quod ipsi addunt dissentientes, Cathedrae saltem haec esse Academicae, in con-

Dubium
XIII.

Subtilia nimium et spinosa nunc huic Articulo immiscensur.
Responso.

fusionem simpliciorum non tractanda ubique ; At enim, sibi impotent, praepostere exculpra, ad quae respondendum nostris omnino fuit, eo, proh dolor ! tempore, quo relabi ad errores quondam ferales, permultis uolupte est et propemodum gloriosum. 2) Cur dissentientes uel ipsi, coram uulgo haec edisserunt, pinguiorem, quod putant, et uere uiam iis sic fidem commendaturi ? Cur in pagis, cum uicinis fratribus, haec talia disceptant, Superioribus etiam quandoque, mature providentibus, haud leuiter reluctantes ? Cur denique libellis Catecheticis, et quos fundamentales in scholis uolunt, et lingua quidem germanica usi, haec inferunt ? 3) Rem ipsam, inculcatione dignam, iis, qui non plane stupidi sunt, modo hoc faciliori, insinuabimus. a) Fides iustificans est *instrumentum Practicum*, scilicet *DEI* iustificantis, et *per nos* agentis ; nos uero ipsi, *agentes quasi per fidem*, cum *practica nostra indole*, iustificationis *actum* non ingredimur. b) *Munditia inhaerens*, non *tempore* simul est cum *imputate, accersens* enim iustificatur : Sed *inchoatur illa cum iustificatione*. c) Fides iustificat *actu* : at minime *actu nostro*. d) *DEI σήμερον* sumus ; At, *post iustificationem*, in renouatione. e) In *Statu*, non fit iustificatio *noua* : Sed primae saltem, purissimaeque *repetitio*. f) In *actu* fides *omne illud* est, quod *esse*, secundum uerbum *reuelatum, debet*, adeoque (fides namque una est) et *radix R. O.* est ; Hoc uero, *quod radix est*, hominem non sinit coram *DEI* throno, ibi namque itat tantum, prout *solum* Christi recipit iustitiam, Conf. NOV ANTIQ. 1723. P. 959. seq.

Dubium
XIV.

XIV.

Quum rationibus efficiunt parum, ad similia,
DECIMO QUARTO,

Similia
quaedam
rem aliter
sistunt.
Responso.

confugiendum sibi esse, nonnulli putant : *arborem* scilicet esse nunquam sine *radice* et *fructibus* ; *Sponsam* non sine *Paranympbis* ; *Solem* denique non sine *luce* et *calore*. Resp. 1) *Similia* sunt, quorum uis, in probando, nota est. Nec tantum *mysterium*, ex *naturalibus* eiusmodi diiudicamus ; *illustrationem* quoque per eadem, at, *status*, secundum *Symbola* et *Theologos* conuenientiora, non subterfugimus. Duo inprimis similia priora

priora admodum ritabant, nihilque suos Auctores iuvant. *Arbor, dum de tempore loquuntur, radice prima posterior; fructibus uero prior est. Scriptura certe expresse radicem continuatam et fructus arbore, qua tempus, facit posteriores.* *Erepti domus Iehudae radicem FACIENT deorsum, fructum sursum, 2. Reg. XIX. 30. Et. XXXVII. 31. Rom. XI. 18. Simile de sole et luce tertium, paulo aprius quadrat, hinc de illo uidebimus speciatim. 2) Tempore non semper Sol, siue solare corpus, et lux cum calore fuere simul, u. g. Matth. XXVII. 45. 3) Solare corpus, quod nec Physici negant, tempore, tametsi non semper sensibili, coelum prius occupat, quam radii ad nos pertingunt, calor speciatim, quem tamen iidem simultaneum faciunt, quod, tempore hiberno, maximeque frigidis, probe sentimus, quando, mane conspecto iam rum sole, frigus potius maximum ad nos propellitur. 4) Dn. D. SPENERVS hoc simile ipse, non tam actui, quam iustificatorum statui accommodare uidetur: *Indessen was (wo) der seligmachende Glaube ist, da ist solcher niemahl ohne die Werck, sondern sie kommen alsobald DARAVS, wie AVS der Sonnen, ihre Strahlen, Glaubens Lehre, XI. Trin. p. 1046. quorsum et alii Theologi tendunt. Brochmandus de separatione saltem caloris loquitur; Meisnerus, de similitate temporis scribens, separationem iidem addit, et prout tunc communiter meditantur, sensibile tempus haud dubie uult: loca SCHAEFFERVS dedit, l. c. p. 73. MEISNERVS mentem, ipsi a nobis tributam, quondam, licet ambigue interdum loquens, his prodit: *Fides uera nequit esse sola, HOC EST, actu SEPARATA a dilectione, Anthropol. Dec. III. Disp. 28. §. 57. p. 398. Bechmannus, expresse dicit, in actu fidem inclinare saltem uoluntatem ad B. O. et licet postea de coexistentia B. O. loquatur, simili simul de solis figura et calore usus; tempus tamen quoque sensibile, imo, et statum intendit, quare et *solitarium* fidei exponit, quod illa operibus NON PLANE (h. e. licet in actu, tamen minime in statu) sit destituta, ap. SCHAEFFERVM, l. c. p. 87. Atque his Libri nostri Symbolici, in applicatione eiusmodi Similium applaudunt: Itaque impossibile est, B. O. a fide uera SEPARARE: quemadmodum CALOR VRENS et LUX ab igne SEPARARI non possunt, FORM. CONCORD. Declar. p. 701. Deus, quod non negamus, in instanti, omnia efficere potest: At, quando in creaturis operatur, quod uel ipsa in creatione fecit, imo, ubi inter actus solius DEI, ac deinde inter cooperationem hominum, insigne constitui discrimen debet, uel temporis quoque aliqualis differentiam lubens admittit. Tenuioribus scilicet incedere Deus permittit secundum eorum tarditatem, Gen. XXXIII. 13. 14.***

Abripiatur a Spiritu Philippus subito, ut eum non uideat amplius Euanuchus: Corpus ille dum adhuc trahit mortale, aliqua tamen cum temporis quasi mora, Azotum ille peruenit, Act. IIX. 39. 40. quod in corpore Christi ἀνομιμαρτήτω et clarificato, in coelos sublato, aliter omnino fiebat,

Dubium

XV.

Loca Theologorum obflare uidentur.

Responsio.

XV,

Quae ad loca Theologorum, ut uideri peterant, dissonantia, reponi debeant, *ultimo* adhuc loco exponere, constitutum nobis, deliberatumque erat: Ast, recordamur, ea supra, cum de temporis momento ageremus, §. XII. nobis haec esse anticipata, ne dicam, alios, laudabili studio, et de his dispexisse iam tum satis, quorum passim mentionem fecimus. In controversia inprimis Klugio-Zopfiana, et hoc non indiligenter uentilarunt argumentum, Vid. Gründl. *Wissenschaftlerlegung* 1736. p. 42. seq. 50. seqq. 57. seqq. 60. seqq. Nostrorum temporum specialia, et nexum dogmatis cum aliis erroribus, tum nondum adeo urgebant, ut liberius adeo, *Statui* iustificatorum intenti, loquerentur quandoque Theologi. MANSFELDENSES Maioriticam obiectionem recensent, *necessitatem* scilicet B. O. ad salutem ideo esse statuendam, weil etliche das Wort SOLAM dermassen verstanden haecten, daß es nicht allein das VERDIENST, sondern auch die GEGENWAERTIGKEIT (quod minime uolunt) G. W. ausschliesse. Hic nunc ita respondent, ex quodam Lutheri loco allegato, ut, *Statum* se intendere, non ACTVM, cuique pateat; Lutherum scilicet dicere: Darum SCHLEVST diese Lehre non Glauben G. W. NICHT AVS, als dörfften, oder solten sie nicht DA SEYN, Bekaentniß der Predig. in der Grassch. Mansfelt etc. 1559. fol. 290. Sic eo tempore fundamentum et ordinem, non malo animo, sumebant una, saluato tamen, per quatenus suum, iterum fundamento, quod uero nunc aliter saepe fit, Mfc. Dn. D. LOESCHERI Tim. Ver. P. I. p. 380. cum 404. seq. Quod BLUMBERGIUS quoque assequebatur, *si mentem ipsorum* (Theologorum) curatius inspexeris, eos non de ACTV, sed de STATV iustificationis loqui, liquidum euadet, l. c. p. 136. WESTPHALVS iam tum Lutheri et Theologorum aliorum phrasim: Opera excludi, non, ut non ADSINT, sed, ut nihil MEREANTVR, sic limitandam esse, ait, scilicet suo tempore et loco, et, ut non sequantur, Epist. Schlüsseib. XXXVII. p. 149. seq. De iustificationis STATV. ipsaque CONTINUITATE loquuntur Lutherus et Lutherani Theologi, inseparabilitatem B. O. a fide urgentes, B. SONTAGIVS rectissime iudicat, Ergo dicit II. p. 19. Si, cum SCHERZERO, HVLSEMANNVS hanc pro-

propositionem admittit: *Fides, quae operatur per charitatem, iustificat;* subicitur statim, *de Statu, explicatio: Relativum QVAE specificat tantum subiectum propositionis (FIDEM) idque describit ab ATTRIBUTO suo, quod iustificationem (non praecedit, sed) in ordine SEQVITVR, Cap. XI. §. XI. p. 665. Et B. itidem GERHARDVS, expositurus, quod dixerat: Excluduntur OO. non ab actu PRAESENTIAE, sed a communicatione efficiantiae, ad Statum haec oppido trahit; Non ad adesse fidei et IVSTIFICATIS, sed ut fidei in actu iustificationis cooperari negentur. Postea saltem contra separationem a reliquis virtutibus, *de gratia et otium in subiecto, imo, de B. O. sequela, in iustificatis, loquitur, Conf. Cath. L. II. P. III. Art. 23. c. 2. p. 1463. Non alia mens ipsorum Symbolorum, FORMVLAE speciatim CONCORDIAE est: Loquatur et ea, pro temporis tum consuetudine, quandoque sic: B. O. una cum fide, si modo vera et viva fides est, eertissime deprehenduntur. Fides vera NVNOVAM sola est, quin charitatem et spem SEMPER secum habeat: Epitom. p. 586. Non, nisi ad Statum se respicere, simul manifeste docebit; POSTQVAM homo est iustificatus, TVM - fides est per charitatem efficax, et B. O. SEMPER fidem iustificantem SEQVITVR, l. c. reiectis simul erroribus: Iustitiam nostram coram Deo (si absint renouatio et charitas) non esse integram et perfectam, it. Fidem non iustificare sine Bonis Operibus - - sine B. O. PRAESENTIA hominem iustificari non posse, l. c. p. 587. Desinant hinc aliquando dissentientes, Theologorum nobis opponere asserta, nisi ab integerrimo Theologo, TIM. KIRCHNERO commoneri uelint: Nequaquam audiendi sunt, qui, ut huic propositioni (Maioresiticae) medeantur et impervitis FVCVM faciant, contendunt, in nostrorum etiam scriptis eam alibi reperiri. Cum enim fundamentum Papisticorum errorum contineat, SIMPLICITER ex agro et finibus Ecclesiae exterminanda et typus sanctorum uerborum retinendus est. Solis enim Canonicis Scripturis debeatur ea autoritas, ut statuamus, nihil falsi iis inesse, Proposit. de B. O. iustificatorum, §. LXVII. D. 1. n. Quod BELLARMINVS alicubi scribit, quo iure, nunc minime dicam, hoc nobis nunc paulisper ualeat: Non debere Ecclesiae tribui opinionem paucorum, quam in eadem Ecclesia plures et grauiores reprehendunt, L. V. de Grat. c. 13. Art. 3.**

XVI.

Manemus ergo in thesi, satis haecenus asserta et uindicta, in qua Theologi, et haecenus conciliati, et alii, euidentissime ueritatem eloquentes, nobiscum consentiant. Sic B. D. HOE: *Der Glaube ist EHER*

*Manemus
ita in thesi,
a Theologis
quoque euidenter
consentiant
firmata.*



als die Liebe -- Der Glaube und Liebe sind beyammen, in IUSTIFICA-
 TO, in denen, die allbereit durch den Glauben für GOtt gerecht WOR-
 DEN, ZVVOR aber, und IN Wercke der Rechtfertigung, NICHT, Con-
 cion. in Ep. ad Gal. p. 644. 645 Ingenuam hic Da. D. PFAFFII confessio-
 nem magni faciendam puto: Operum legis ne quidem PRAESENTIAM
 in iustificationis ACTV (in statu enim res aliter se habet) Formula
 Concordiae requirit --- id quod Maioristis oppositum esse liquet;
 Postea: Communis πειδείας τρόπος (de iustificatione) certe accura-
 tissimus est -- non enim idem simul PRAESENS esse, uel antecedere,
 et simul CONSEQUI potest, quemadmodum simul sorbere et stare non
 possumus -- O. B. quae fidem (sed necessario) CONSEQUUNTVR, non-
 dum sunt (in iustificatione) PRAESENTIA; qui itaque iustificare pos-
 sent? Theol. dogm. mor. P. II. c. 8. p. 487. 494. 495. D. KIRCHNERVS
 adhuc audiatur semel: Propositio, quod B. O. necessitate PRAESENTIAE,
 sint necessaria in ipso Artic. iustificationis coram DEO, EX DIAMETRO
 PVGNAT cum typo sanorum uerborum, et cum Doctrina Apostoli de
 particulis EXCLUSIVIS, l. c. §. LXI. c. 4. a. b. Concinit FLACIVS: Falso
 dicitur, quod fides NVNQVAM sit sine Bonis Operibus --- sulte simul et
 impie facit, qui B. O. ANTE renouationem, aut creationem hominis ad
 B. O. collocare uolet --- IN iustificatione, reuera, non tantum non coo-
 perantur, sed NE ADSVNT quidem Bona Opera -- Quare NON recte di-
 citur, quod fides SEMPER habeat actu ipso B. O. etc. etc. Clau. Script.
 P. H. Tractat. VI. col. 572. 573 In eo labore nonnulli, ut uel ipsum HOEPE-
 NERVVM pro se allegare uelint; Audiamus ipsum, et uel in reliquis, illi-
 us mentem facile assequemur: NON VERA est propositio: Fides est
 mortua sine Operibus -- sequeretur enim, ad essentialem ACTVM iustifi-
 cationis requiri OO. de Iustif. Disp. XII. p. 103. uia. et p. 1104. 1106. 1120.
 1121. Quam B. HOEVS inter respectum, quem fides habeat 1) ad Chri-
 stum, et 2) ad Christianismum; Quam non iustificet cum operibus bonis,
 sed tamen, quam non sit (in statulc.) sine Operibus, a B. SONTAGIO
 accurare exponitur, de Pice et Sulph. inferni, Schol. VII. p. 19. Plura
 Veterum Theologorum praeclara loca lubens omitto, qui cauere dili-
 genter uoluere omnes, ne iure iis affricari possit, quod alicubi B. FECHTI-
 VS scribit, exortum fuisse aliquod hominum genus, quod, dum Pontificio-
 rum errorem se detestari, profiteretur, formulis tamen, errorem illum
 reducentibus, seduxerit, et lingua tamen Romanensi uti nequaquam ue-
 reatur; nostrum uero esse, non sentire duntaxat cum Ecclesia matre,
 sed etiam loqui, Noct. Christian. p. 110, 117, 126.

S. D. G.

RESPONDENTI

DISSERTATIONIS HVIVS THEOLOGICAE
EXIMIO,

VIRO PLVRIMVM REVERENDO, AMICO SVO
PERDILECTO,

S. P. D.

BENIAMINVS BILERSVS.

Quae est Religionis Euangelicae nostrae excellentia, ea omni studio tuenda, amplificanda, oculique pupilla charior, estimanda est. Quare et a puluisculo cauemus, ne tenerior hiccè ocellus, uel saltim niqtans, dormire aliis uideri queat. Illibata per omnia hic perstet uirginitas, nec adeo uertatur uitio, pro puriore Religione excubantibus, si quando, quae leuia uidentur iis, quorum in latitudinem et extra cancellos extensae uiae sunt, strictius attendant, ne turpius, semel admissus hostis, sit postea eiiciendus. Idem hoc est, VIR AMANTISSIME, quum gratulandi nunc officio defungor, quo moueor, ut de sanctissimae Religionis nostrae **CAPITE** ac **CENTRO**, paucissimis Tecum disseram, Theologi, quondam amplissime docti, uerba: *Externis in Religione, non plus, quam decet,*

tribuimus, cum CAPVT et CENTRVM
nostrae Religionis sit fides in Christum, quae
per CHARITATEM est EFFICAX, Gal.
*V. 6. *) attentius paulo inspecturus. Iure*
quodam haud dubie meo, unum hic alterum-
que obseruo. Cognata illis quaedam Dieten-
bergii Hobbesii, Democriti, itemque Interi-
mistica, urgere nunc nolim; Nolim tamen
simul contenta Religionis et partes, quae fides
cum charitate sunt, cum illo, quod ipsi Prin-
cipale est, in Christo scilicet, fide apprehenso,
habere remissionem, committere. Hoc (quod
modo dixi) CENTRVM illud est, B. WERN-
DORFFIUS alicubi scribit, in quo reliqua do-
ctrinae Christianae CAPITA suauissima qua-
dam consensione concurrunt, et ad quod tota re-
cuperandae salutis, quam uocamus, omnioplia di-
*recta est. **) Ast, pressius paulo persequemur*
negotium. Character cuiusuis Christiani, in
sensu consuetudinario sumti, confunditur sic
cum caractere Religionis; Imo, quod peri-
pheriae, ac regiminis erumpentis in membris
erat, Centro adscribitur et Capiti. Centrum
nobilissimum punctum: Caput eminentissi-
imum sibi uendicat locum: Neutrum tribu-
endum erat operibus, in aequalitate, hac ratio-
ne,

*) Dn. D. BVDDEI *Delincat. Commentat. de Verit. Relig. Euang.*
 §. XXV. p. 28.

**) *Disputatt. Acad. T. I. p. 607.*

ne, cum *Fide* positis. *Medio* Religionis ac salutis sic immiscerentur *opera*, quae, nullo tamen sub *praetextu*, immisceri, Libri Symbolici uolunt. *Centri* et *Capitis* notiones ad salutis *fundamentum* haud dubie, cum eminenter praedicantur, sunt referendae: Absit igitur, ut operibus, ad *Ordinem* potius referendis, incondita isthaec tribuere uelimus. *Centrum* deputatissimum quasi *punctum*, et radiorum omnium, hinc egredientium, generatiuum; *Caput* uero totius corporis uelut *Consiliarius* ac *Praefes* est: Atque haec tu coniunctis cum fide operibus, rebus, e diametro sibi opponendis, tribueres? Quod *Centri* et *Capitis* nomen tueri uult, *ἰχθυὸν* haud dubie esse debet; Nil uero, praeter fidem cum suo *Obiecto*, coram Deo *ἰχθεῖ*. Quod operatur per charitatem, deinceps demum, *Centro* et *Capite* iam tum constituto, sequitur; hinc illud, quod sequitur, *Centrum* et *Caput* esse nequit. Non, nisi in iustificationis praeciudicium locuturus esset, sic sentiens; hanc namque, a Renouatione distinctam, *centralis* et *capitalis* doctrinae nomine Theologi puriores salutauerunt. Locum *Praecipuum* (*Capitis* quasi loco habendum) hic ueneratur APOLOGIA. *) B. NEVMANNVS, in eodem uersans, *Centrum* ipsissimum loquitur. **) *Summum fidei Articulum, sine quo neque*

*) p. 60. **) *Articulus* de Iustificat. *Centrum* Christian. fid. 1707.

que Ecclesia consistere, neque Deus retinere
 suam gloriam posset, LVTHERVS; ***) Arcem
 et propugnaculum totius doctrinae et Reli-
 gionis Christianae, M. CHEMNITIVS; **) *CENTRUM*
Theologiae, ad quod omnia col-
*liment, MEISNERVS; *)* W. denique LY-
 SERVS ἀκρόπολι Religionis et Salutis; imo,
CENTRUM, in quo Theologia, Christologia
*et Anthropologia concurrant, *)* hic, ubi cha-
 ritas, cum Operibus omnibus, excluduntur,
 agnoscunt. Mittamus ergo Tecum, VIR
 PLVRIMVM REVERENDE, insolita ist-
 haec, in *Centrum* uerum, *Caputque* Religionis
 ac fidei iustificantis inimica, in doctrina de Χω-
 ρισμῶ, quem solide tueris, perpetuo confirmati.
 Tu uero doctrinae Tuae, ac uitae, religiosius
 actae, uberrimos nunc fructus cape, ac frigido
 quandoque seculo, et Orthodoxias contemto-
 re, in hoc *Centro* ac *capitali* solius fidei iustifi-
 cantis assertionem, una, cum Tuae fidei nunc da-
 tis, suauiter acquiesce. Suinizii, d. XXII. Octobr.
 c. 1600 XXXVIII.

***) in Genes. c. XXI. * *) LL. P. II. de iustif. p. 216.

*) Anthropol. Lec. III. Disp. XXIV. de Iustif. §. 3. p. 139.

*) Syst. Theol. Exeg. p. 1535. et Indic. V. sub Iustific.

aw 28

8


ad ES



AB 154546

X 2311 881

12





Farbkarte #13

B.I.G.

v. B. V.
76
**XΩΡΙΣΜΟΝ
ΠΑΥΛΙ
ΙΥΣΤΙΦΙΚΑΤΟΡΙΥΜ,**

TERTIVM, VLTIMVMQVE,

PRAESIDE

**DN. CHRISTOPHORO HENRICO
ZEIBICHIO,**

S. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. AD OO. SS.
PRAEPOSITO ET CONSIST. ECCLES.
ASSESSORE,

*DOMINO SVO AC PATRONO
PIE VENERANDO,*

IN AVDITORIO MAIORI,

D. OCT. A. c. 15 15 CCXXXVIII.

DISSERTATIONE HAC THEOLOGICA,

ASSERET IVXTA, ET VINDICABIT,

M. IOAN. THEODORVS VVIRSICHIVS,

PASTOR SVBST. MOERCENSIS.

VITEMBERGAE,

LITTERIS SCHEFFLERIANIS.